


Jacob Lembke Christian Heinrich Postel

Dissertatio Inauguralis Iuridica De Eo Quod Iustum Est Circa Defensionem : Ex Lege III. Dig: De Iustit: & Iure

[Rostock]: Weplingius, [1683]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730738477>

Druck Freier  Zugang





N^o. K. — 2 (130.)

1. Cicerone, de eo quod iustum est, circa defensionem.
2. Reinhard, de methodo optima defendendi jus publ. imperii roman.
germani in commentariis.
3. Ludovicus, de iure circa hypothecam de principio juris naturalis.
4. Ludovicus, de eo quod qui post rem contentatam bona immobilia
possidere desit.
5. Fabricius, de Praefationibus.
6. Faber, de de iure.
7. Cragus, de obligatione generica.
8. Crense, patrum ex patto filii obligatum.
9. Franconius, de superiorum iudicio.
10. Rivin, de iuramento documentorum naviter repertorum.
11. Schuber, de statum provincialium origine et praecipuis
iuribus, cum Prind. Prind. delicta et delicto
12. Ludovicus, de hypotheca tacite fieri propter ~~delicta~~ delicta
13. Ludovicus, de limitibus iustitiae juris divini naturalis et positivi
universalis.
14. Koch, de iure vicinas adra cum Mybena hyst.
15. Thellius, de iure electionis regis romanorum vivente
imperatore.
16. Legher, de anatocismo.
17. Dahm, de necessitate et qualitate possessionis in eundem transferendae bis
18. Graftus, de obligatione generica, pro ea, per quam existit divina
genus.
19. Graftus, de Traditione relictorum in ultima voluntate vivo personae
testatore honoratae facta.

20. Rehan, de expensis litium.
21. Rechenberg, an casus regio, ejus sit religio?
22. Chladenius, de juramento subjectionis, speciatimque in civi-
tum praestatis solito.
23. Quosner, de mutua conjugum successione.
24. Quosner, de executione rei judicatae.
25. Lynoyer, de femiplexis probationibus.
26. Perdes, explicatio et conciliatio L. IV. C. cum l. xxxi ff
de LL.
- 27^a Lemoye, de sepulture punitorum
27^b de privilegiis feminarum.
28. Calhous, de etridis.
29. Brocys, de Pomponio historiae romanae ignaro.
30. Wüdler, de origine et natura bonorum censuitorum.
31. Praus, tractatus juris emphyteutici.
32. Böhmer, de fundamentis generis juris parochialis.
33. Behm, consultatio jurid. super causa quodam usurario.
34. Nedemayer, de jure circa correctionem disciplinarem.
35. Wysel, de constituto possessoris.
36. Fremberg, de nuptiis.
37. Fremberg, de defensione necessaria.
38. Fremberg, de tutelis.
39. Fremberg, de furtis.
40. Wirth, de infanticidio.
41. Quether, de furtis.
42. Quosner, de successione legitima.
43. Quosner, de eo quod interest vulgo Interesse.
44. Quosner, de publicis judiciis, eorumque speciebus.

DISSERTATIO INAUGURALIS
JURIDICA
DE


EO QVOD JU-
STUM EST CIRCA
DEFENSIONEM.

Lege III. Dig: De Justit: & Jure:

Quam analyticè expositam,
CUM BONO DEO

Decreto atq; Autoritate

MAGNIFICI, NOBILISSIMI & AMPLISSIMI,
Ordinis in celeberrima Universitate ROSTOCHIENSI
PRÆSIDE



VIRO NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, CONSUL-
TISIMOS atq; EXCELLENISSIMO

DN. JACOBO Gembken.

U. J. D. Antecessore hujus Academiae gravissimo,
& ad hunc Actum Decano spectabili.

DN. PATRONO, PROMOTORE ac PRÆCEPTORE SUO SUMMO,
eaq; quâ fieri potest pietate ac observantia colendo, venerando.

PRO LICENTIA

Supremos in utroq; Jure Honores atq; Privilegia
ritè consequendi.

Ad diem X. Maij, In AUDITORIO MAJORI nunc reparato, 1682.
publico examini subicit

CHRISTIANUSHENR. POSTEL
FREIBURGO-BR. MENSIS.

Typis JOHANNIS WEPLINGII, UNIV. TYP OGR,

INSCRIPTIONEM LEGIS, EJUSQUE EXPLICATIONEM CONTINENS.



Dignis nunquam laudibus evehi poterit Sacratissimi nostri Justiniani animi integritas, qui, ne alienis se exornaret spoliis, summo studio iussit, ut non tantum veterum Ictorum ipsissimis verbis, Leges Pandectarum splenderent, sed etiam ut nomina Avtorum singulis præponantur, ut, inquit, manifestum esset ex quibus Legislatoribus, quibusque libris, & quot millibus hoc Justitiæ templum ædificatum est. §. 2. 10. *Constit. Tanta. De Confirm. Dig. ad Senat.* Quapropter & mihi, explicationem Legis cujusdam tranctanti, religio fuit, inscriptionem nomenque JCTi, legis, hujus auctoris, sicco præterire pede, cum tanta horum virorum, apud veteres fuerit autoritas, ut domum JCTi totius oraculum Civitatis appellet *Cicer. de Oratore.* Dicebantur autem JCTi inde quia confluentibus respondebant. l. 2 §. 47. *vers. Et ut obiter. ff. de O. J.* quia propter sæpius inveniuntur in Pand. verba; Consultus respondit. e. gr. in l. 7. §. 17. *ff. quib: ex caus: in poss: l. 1. §. ult. ff. ad L. Falcid. l. 191. de R. J. l. 16. §. 2. de instruct: vel instrum: leg: & Jura publice interpretabantur. Unde Juriseonsulti (secundum Hosom & Pratej. in Lexic.) sunt qui tum Juris Civilis, tum æqui bonique periti, populo se ad agendum, cavendum interpretandum, respondendumque dederunt. Differentia eorum triplex est. 1. Fuerunt Prudentes qui L. L. XII. Tabb: interpretabantur, quorum disputationes fori dicuntur Jus Civile. l. 2. §. 5. *de O. J.* 2. Fuerunt Prudentes, qui privatim respondebant consulentibus, autoritate probabili, non autem necessaria. 3. Coeperunt publicè Imperatoris autoritate signatis scriptis respondere sub Augusto, à quorum responsis non licebat recedere d. l. 2. §. 47. *vers: primus D. Aug: de O. J. Pratej: & Schard: in Lexic: Jur: voc: Juriconsultus.* His generaliter cognitis progrediendum ad legis nostræ 3. ff. de J. & J. inscriptionem quæ ita se se habet.*

FLORENTINUS LIBRO I.
INSTITUTIONUM.

Fuit autem hic JCTus Florentinus (si Lampridio fides habenda) Juris Professor splendidissimi Papiniani discipulus, & Alexandri Imperatoris Consiliarius, imo familiaris & socius. *Lamprid: in vit a Alexand: Sev: quem secuti sunt Bernhardin: Rutil: de veterum Ictorum vitis. p. 367. Valent: Forster: de Histor: Jur: Civil: Rom: l. 2. c. 80. n. 7. Joann Bertrand: de Jurisperitis, lib. 1. p. 108.* Si autem Menagio credendum, viro, aliàs in antiquitate Juris Civilis accuratissimo, Florentinus non iter Alexandro à Consiliis non fuit, cum ipse in libro de *Ananir. Jur: Civil: cap. 23. p. 118.* locum istum Lampridii, ex autoritate Claud: Salmasii vitiosam arguat, cum ibi inter alios mentio fiat JCTi Africani, quem inter Consiliarios Alexandri non sedisse, certum est, cumque jam ante temporal Imperatorum Severi & Antonini vixisset. Et ita etiam Papiniani qui horum tempore vixit, discipulum non fuisse, ut demonstrat *Cujac: ad l. 109. de Legat: 1.* Non tantum ergò Africanum, sed etiam plures

cum Florentino ibidem omittendos esse contendit, ad stipulante eò, quod in vetustis
membranis nomina hæc non compareant. Ex quibus omnibus quidem appa-
ret, Lampridium quoad Africanum & reliquos Jctos, de quibus certò constat illos
ante tempora Alexandri vixisse, non satis cautè egisse, cum tamen de Florentino in
specie, nullibi (quantum equidem mihi perspicere licuit) contrarium sit demonstra-
tum, & Menagius etiam de eo speciatim nihil exhibeat, haut sabsolum mihi videtur,
ut, donec & de eo contrarium probatum fuerit, in Lampridii & aliorum DD. sen-
tentia maneamus, cuilibet aliud demonstranti lubentissimè cedentes. Certum
autem est Florentinum nostrum, qui dignatus fuit in Collegium summorum
Jctorum, sc: Ulpiani, Pauli &c, cooperari, & insuper à Triboniano ejusq; Sociis,
in numerum eorum, ex quorum scriptis Digesta compilata sunt, assumi, (cum plu-
rimorum Jctorum scripta quorum passim in legibus mentio fit, omissa sint, ut do-
cet *Bertrand: d. Tract. lib: 2.*) non infimæ fortis Jctum fuisse, cum, excepto Mar-
tiano, nullius Jcti, qui Institutiones juris scripsit, sapius mentio injiciatur quam Flo-
rentini, ut in sequentibus patebit. Occasione autem vocis INSTITUTIONUM,
hæc quædam de veteribus Institutionum Scriptoribus monenda duxi, ut autem in-
anteceßum sciatur in quotuplici ratione vel Juris genere, Jcti veteres qui scripserunt,
versati sint, notandum illos triplici methodo usos fuisse. Aliqui in scribendo ge-
nere Pragmatico vel Practico excelluerunt, nimirum in Epistolis perscribendis, in
Quæstionibus tractandis, in Responsis dandis, e. gr. Papinianus, Sabinus, Proculus,
&c: Alii operam dederunt ut Jus in artem redigerent, & in unum corpus collige-
rent, hi libros Pandectarum vel speciales vel universales ediderunt, veluti Julianus,
Alphenus, Sulpitius, Ulpianus &c: Tertii generis fuerunt, qui explicationes vel ad
LL. XII. Tabb: vel ad Prætorum Edicta, addiderunt: vel brevitaria vel notas con-
scripserunt, quorum nomina ordine collegit *Joh. Wolf: Freymonius. in Elencho
scriptor: Jur: Civ: & Canon: sub Indice: prim: add. Forster: in cit: Hist: Jur: l. 2. c. 52.*
Invenio autem Libros Institutionum ad Jus Civile pertinentes scripsisse: 1. Titum
Cajum. 2. Callistratum. 3. Ælium Martianum. 4. Domitium Ulpianum. 5. Julium
Paulum. 6. Florentinum. 7. Juventium Celsum. Quod attinet ad TITUM CA-
JUM sive Gajum, vixit ille sub Hadriano & post Hadrianum, quod apparet ex
ff. de reb: dubiis. quod latius demonstrat *Menag: in Amæn: Jur: Civ: c. 43. p. 430.* &
Bertrand: de Juris perit: l. 1. p. 109. alii sub Caracalla eum floruisse affirmant, quam
sententiam cum priori ita conciliare videtur *Bernhardin: Rutil: de vet: Jct: p. 285.*
ut asserat plures Cajos in juris Civilis peritia claros fuisse, qui tamen temporum
injuria non dignoscantur, quod etiam tradit, *Forster: l. 2. c. 48. n. 3.* Scripsit ille li-
bros aliquot Institutionum, quarum mentio fit ab Imper: Justin. in §. 6. *Inst: præm:*
verum de numero horum librorum non satis constat, composuisse illum tres libros
affirmant *Rucilius. c. 1. & Forster: d. l. n. 2.* ex quibus duo tantum extant. *Freymonius
in Elencho Autor. modo cit: quatuor autem illos fuisse numero cum Bertrand. p. 114.*
affirmat. *Menagius p. 433.* Extat horum librorum Epitome, ab Amiano, Alarici
Consiliario ut volunt, *digesta Bertrand: & Menag: ll. cit.* Invenimus autem hæc
Caji Institutiones in Pandectis quindecies allegatas, quæ tamen loca ex tribus
prioribus libris tantum sunt, quartus non reperitur citatus, uti apparet ex *Indice.*

A

dd

- 19 *ad Pand. leges Jacobi Labitti. p. 254.* Sequitur Jctus CALLISTRATUS, quem Forster: l. 2. c. 80. n. 7. & Rutilius p. 367. sub Alexandro Severo vixisse ejusq; in Consilio fuisse, affirmant, secuti in eo autoritatem Lampridii. Quibus tamen contra dicit, & Lampridiū fœdè lapsū esse putat *Barnabas Briffon. de Verb. Signif. lib. 3. f. 60.* qui conatur probare eum sub Septimio Severo, & filio Anton: Bassian: Caracalla potissimum floruisse, & quidem per l. 38. de LL. l. 14. § 4. ff. de Munerib: junct: l. ult. §. 2. ff. de Offic. Procur: Cæs: Potest tamen utraq; sententia obtinere, eumq; tam temporibus Severi & Antonini quam Alexandri floruisse, cum spatium interjectum vix 15. aut 16. ann: excedat, quam sententiam etiam defendit *Bertrand. l. 1. p. 159. seq:*
- 20 Scripsit libros Institutionum tres, uti tradunt præall: Aut; excepto Bertrando, qui, nescio quam ob causam illorum non meminit, ex quorum primo nullus, ex reliquis, autem duobus 5. loca in Dig: relata inveniuntur, teste *Jac: Labitto in indice. suo. p. 488*
- 21 Progredior ad ÆLIUM MARTIANUM de cujus vitæ temporibus, si de quo alio, maxima inter Historicos & Juris peritos controversia. Lampridius illum inter Consiliarios Alexandri locat quem secutus *Bertrand. p. 164.* quæ sententia tamen vix obtineret, si locus iste Lampridii, uti antea ex Menagio attuli, corruptus esset.
- 22 *Angel: Politianus. l. 4. epist. 9. ad Modestum Prætensem,* Martianum hunc eundem esse putat cum Volusio Mæciano, qui vixit temporibus Hadriani à quo ad Alexandrum anni amplius centum numerantur. Quod tamen non admittit *Bernhard: Rutil. p. 349.* qui illum ponit in tempus Didii Juliani, à quo occidi jussus fuerat, sed illum huic discrimini elapsum postea in Consilio Alexandri fuisse, qui tamen etiam 50. fermè ann: à Juliano distat. Quæ diversitas sententiarum efficit:
- 24 ut vix aliquid certi de illo affirmare ausim. Scripsit Martianus sedecim institutionum libros, quos non uno tenore orationis sed per capita divisos, scriptos fuisse putat *Bertrand. p. 167.* adducens pro sua sententia l. 19. ff. de rit: nupt; quæ nil minus quam hoc probat, lex enim non loquitur de capite Institutionum Martiani, sed de capite Leg: Juliae, uti cuilibet inspicienti patebit. Ex his 16. libris Instit: 135. fragmenta inter leges Digestorum inveniuntur, notante *Labitto c. l. p. 490.*
- 26 Ad DOMITIUM ULPIANUM pergo, Coryphæum Juris nostri, uti appellatur à Modestino in l. 3. § 2. ff. de Excusat: Origo ipsi fuit ex Phœnice urbe Syriæ, splendida
- 27 dissima Tyriorum colonia, ut ipse in l. 1. pr. ff. de Censib: fatetur. Jam primum Papiniani disciplina eruditus, eidem Præfecto Prætorio assedisse, & in consilio fuisse, ex Lampridio referunt *Prætej: & Hotoman: in descripi: Jctiorum.* post interfectò à Tyranno Papinianò in locum ejus successit, docente *Forster: l. 2. c. 77. n. 1.* lex quo patet illum jam tempore Severi & Antonini Bassiani clarum fuisse, ad quod tempus referenda sunt verba ipsius in l. 74. ff. de Leg. 1. licet Imperator noster cum Patre scripserit quæ enim ibi rescriptisse Patrem dicit, in l. 61. § 1. de Leg. 2. Severum rescriptisse testatur. *Bertrand. l. 1. p. 117.* add: *Gothofr. ad d. l. 74.*
- 28 *lit. Z. § A.* Fuit autem ab Heliogabalo, cui bonos amasse religio erat, ut vir bonus à republ: remotus, cum illa impura belua cædibus, exiliis, libidine cuncta repletet, vixque vitam retinuit. *Rutil. in vita Ulpian: p. 357.* Tandem sub Alexandro Severo, qui bonos odisse nefas ducebat, magno in honore fuit, & ab eorum summis dignitates consecutus est, illum enim Alexander pro Tutore habuit, teste

Ælio

Helio Spartiano in vit. Alex. sever. qui illum etiam in l. 4. C. de locato Paren tem fu
um & in *l. 4. C. de contrab. stipul.*: Amicum suum vocat. Cum autem Ulpian: 29
multa quæ non rectè ab Heliogabalo facta erant emendasset, ipsum non multò
post à Prætorianis qui de nocte eum invaserunt, interfectum esse, quanquam in
Palatium ad Imper: ejusq; Matrem confugisset, scribit Xiphilinus è Dione, referente
ex illo *Pratej*: Dubium quod de integritate Ulpiani, ex odio quod contra Chri- 30
stianos fovisse, dicitur, quamque sententiam *Rutil. p. 360.* assumit, oriri potest,
optime resolvit & contra Lactantium Ulpianum defendit *Bertrand. l. 1. p. 124. seq.*
idem facit contra Alciatum *Jac. Mastert. de Just. Rom. LL. l. 1. Dub. 11.* ubi ad le-
ges quas vulgo ex Dig. objiciunt, solidè respondet. Scripsit Ulpianus Institut- 31
libr. 2. *Forster. Rutil. d. l.* ex quibus illa esse fragmenta quæ vulgò circumferuntur,
putat *Bertrand. p. 131.* Quæ Institutiones terdecies in Pandectis nostris citantur, nu-
merante id *Labitto p. 378.* Venio ad JULIUM PAULUM qui à Lamprid. in vita- 32
Alexandr. Juris peritissimi nomine insignitur. Natus fuit Patavii, ubi adhuc ho-
diernis temporibus statua ejus spectatur. An autem natione Patavinus fuerit de eo
dubitat *Bertrand. l. 1. p. 140.* illum Tyrium fuisse credens, quod etiam argumentis
satis speciosis affirmat, concedit tamen illum forsè à Matre Patavii editum, cum
Pater ejus in Legatione Romam ad Imperatorem Hadrianum à Tyriis mitteretur
p. 141. Unà cum Ulpiano Assessor Papiniani fuit, quod ex *l. 40. ff. de reb. credit. probat*
Gorbhofred. ad d. l. lit. b. Præturam & Consulatum postea consecutus est, & Ul-
piano à Militibus interfecto in ejus locum surrogatus & Præfectus Prætorio factus
est. *Forster. l. 2. c. 78. n. 1.* Quamvis alii ambigant ab Heliogabalone an Alexandro
Præfecturam acceperit. *Rutil. p. 362. Pratejus. p. 285.* & cum res non ita certa sit,
rem indecisam prætereo. Removendus hic venit error qui ex nomine Pauli oriri
posset. Fit mentio cujusdam Jcti Pauli Virginii à *Forster. l. 2. c. 31. & Rutil. p. 229.* 33
quem eundem esse affirmant cujus mentio injicitur in *l. 2. § 24. de O. J.* quem omnes
Codices Juris nostri, quot quidem mihi evolvere licuit, tantum Verginium appelli-
tant. Livius verò ipse ex quo historia de cæde propria filix in *d. § 24.* à Pompo-
nio translata, non Paulum sed Lucium Verginium vocat. *l. 3. c. 44.* Pratejus illum
nec Paul. nec Luc. sed Scaurum Vigellium appellandum esse credit, cum Pomponi-
ibidem Panætii auditores enumeret, cujus Discipulum Scaurum illum fuisse ex Ci-
cerone probat. Quam tamen sententiam vix admittendam crediderim, nisi conce-
dere velimus aut Pomponium in relatione totius historix de filia occisa errasse,
aut Livii locum corruptum esse. Veritatem aliter demonstranti facillimè accedam.
Revertor ad Jul: Paulum quem Christianis maxime infensum fuisse tradit *Bertrand.*
p. 142. cum illos simplicitate gaudentes & æsidix deditos appellitet in *l. 25. §. 5. ff.*
de Probat. quod quidem Holoander *ad d. l. à Gorbhofred. l. 2.* citatus ad Monacho- 34
restringit, Bertrand: tamen d. l. ex Tertulliano id de omnibus Christianis intelligens
dum demonstrat. Notandum est singulariter de legibus Pauli illas omnes valdè 35
obscuras, ambiguas, & verborum tenebris involutas esse, ut Bertrand: censeat
de illo dici posse, quod de Chrysippo *Cicero de Divinat.* scripsit, eum totum hoc
volumen implevisse oraculis flexiloquis & obscuris, ut interpres egeat interprete,
& fors ipsa referenda sit ad sortem. Quæ Pauli Obscuritas veteres Jctos mirum in

modum scribit, ut *Raphael Fulgos. ad l. 17. ff. de inoffic. testam.*: ita de illo scribat: si bene non intellexistis textum cum legeris ter & quater, & sonabit vobis, sic enim est mos Pauli, & si haberem eum in manibus cum per capillos interrogarem. Et. Iste maledictus Paulus ita obscure loquitur, ut vix possit intelligi. *Serv. de inoff.*

- 36 test. ib. 26. Omnium JCorum scribacissimus fuit, ut illum *Briffonius* etiam *Μαυ-*
- 37 *ραφώτατος* appellet. Scripsit libros tres Institutionum, secundum sententiam *Bertrandi* p. 145. & *Briffonti de Verb. sign. l. 9. fol. 322.* duos autem tantum ex sententia *Rutilii*. p. 363. *Forster. d. l. 2. c. 78. n. 2. Freymonii in Indic. 1. & Labitto* qui ex 2. istis libb. tantum tres particulas citari in ff. docet. Ordine jam sequitur *FLORENTINUS*, de quo præter illa quæ jam in princip. cap. huj. dicta sunt, nil amplius habeo quod dicam, cum de ejus vita Autores ferè omnes sileant. Hoc tantum addo illum 12. Institutionum libros scripsisse, test: *Rutil. p. 367. Forster. c. l. 2. c. 80. n. 7. Bertrand. p. 108. & Labitto p. 234. qui 43. leges Pandect. ex ipsis desumptas recenset.* Hi sunt Scriptores Institut; quorum in Digest. fragmenta invenimus; tradunt quidem *Dd. JVENTIUM CELSUM FILIUM* 20. libros Institutionum scripsisse, nimir. *Forster l. 2. c. 66. n. 2. Rutil. p. 337. Bertrand. p. 85.* Cum autem *Menag. in Aman. Jur. Civ. c. 20 p. 96. Briffon. de Verb. sign. l. 3. p. 73. Pratejus voc. Celsus. p. 95. & Freymonius* ejus quidem meminerint nemo autem eorum *Celsum* Institutiones scripsisse affirmet, nec à *Labitto* ulla lex ex illis citetur, ipsum omitto, cum propositum meum ultra Institutionum Scriptores, quorum fragmenta in Jure nostro allegantur senon extendat. Antiquitatis cupidos ad sæpius citatos Autores remitto, ubi plura, quæ Disputationis pagellæ non capiunt, inveniunt.

CAP. II. CONTINENS IPSA LEGIS VERBA EORUMQUE ANALYSIS IN.

Verba Legis hæc sunt.

Ut Vim atq; Injuriam propulsemus. Nam Jure hoc evenit, ut quod quisq; ob Tu telam Corporis sui fecerit jure fecisse existimetur. Et cum inter nos Cognationem quandam Natura constituerit, consequens est Hominem Homini insidiari Nefas esse.

- 32 Vocula *Ut* quæ statim ab initio sese offert, indicat hanc legem cum antecedenti quodammodo connexam esse. Cum enim *Compilatores* ex *Ulpiano in l. 1. § 2. b. 1. de J. & J.* Jus dividerant in Publicum & Privatum, hoc iterum in fin. § tripartitum esse, exque præceptis Naturalibus, Gentium & Civilibus colligi, demonstraverant, pergunt jam, & in § 3. Jus Naturale ejusque effectus explicant, in § 4. Jus Gentium describunt, effectus in sequentes leges rejiciunt, quorum primus ex *Pomponio in leg. 2. secundus ex Florentini lib. 1. Institutionum, in leg. 3. refertur. qui ergo est, ut Vim atque injuriam propulsare liceat. VIS, secundum Paul. in libr. 1. Sent. tit. 7.*
- 3 est major rei impetus, qui repelli non potest, *Cujac.* autem mavult legi, pro major, majoris, quod probatur *l. 2. ff. quod met. caus. ib.* vis est necessitas imposita contraria Voluntati, majorisque rei impetus, qui repelli non potest. Cui assentiunt *Pratej. Spigel. & Schar. in Lexic. voc. Vis.* Est porò verbum anceps, quod modò bonum, modò malum, modò indifferentem significatum habet. In bonam partem acc

pita

pitur ea quam Magistratus rectè infert sc. jure licito & Jure honoris, quem sustinet, ut
in l. 3. §. 1. ff. quod met. caus. item quando vim faciens est in terminis defensivis, hinc
proverbium: Vim vi repellere licet. & Mantuan. l. 4. silvar.

Pellere vim Vi jura sinunt, & Vulnere Vulnus.

In contrario sensu autem vel quintupliciter iterum dividi potest. 1. Est Expul-
siva, qua quis dejicit Possessorem ex re immobili. *Lauterb. in Compend. Jur. ad tit. de Vi & vi armata l. c.* quæ si cum telo fieret, vis armata antiquis dicebatur, ad quam
pertinet Interdictum De vi & vi armata, uti videndum in l. 1. §. 3. ff. de vi & vi armat.
add. *Bach. ad Treutl. V. 2. D. 25. th. 5. lit. D.* 2. Est Turbativa, cum uterq; liti-
gantium possidere se affirmat, aut alium expugnare nititur. *Schard. in Lexic. Jur. voce Vis.* Competit de illa Interdictum Uti possidetis & Utrubi. vid. *Lauterb. & Eckolt. ad tit. ff. uti poss. & Utrubi.* 3. Est Compulsiva, ubi quis alio cogente,
metu compulsus quid facit. *Lauterb. ad tit. quod met. caus. lit. R.* Coërcetur vis il-
la actione quod metus causa, quam definit *Lauterb. l. cit. p. 60.* Alia remedia quam
plurima adversus hanc vim introducta recenset *Calvin in Lexic. Jur. voce vis atrox:*
4. Inquietativa, ubi quis non possidens, alterum in suo aliquid facere prohibet, vel
etiam cum alter in alterius solo ædificat. Competit hic tum interdictum quod Vi,
aut clam, tum Actio Injuriarum. conf. *r. t. ff. quod vi aut clam. ibiq; Dd. passim. 5. Ab-*
lativa, quæ quis ab initio rem mobilem aufert, Coërcetur actione bonorum raptorum,
& lege Julia de vi. *Lauterb. ad tit. de vi bon. rapt. add. C. I. A. eod. th. 17.* In-
differenter vocabulum Vis usurpatur 1. quando idem significat, ac Molestia, uti in-
venitur apud *Cæron: pro Rabir. Posthumo*, hanc vim frigorum hyememque nos
vix sustinemus. 2. Quando est pro Copia & Ubertate, ut in his verbis *Horat. l. 4. Od.*
11. Est hederæ vis multa & *Plaut. in Pæn. A. 1. scen. 2.* vim negotii, it: *Cicer. in Tus-*
cul. quest. Magna vis auri & argenti. & *pro Leg. Manil.* Maxima vis auri & argenti.
Quem modum loquendi Galli in Lingua sua retinuerunt, & adhuc usurpant, dum
dicunt: Force argent, force livres, force gens. Pro: beaucoup d' argent, beaucoup
de livres, beaucoup de gens. *Chiffet dans l'Essay d'une part. Gramm. de la langue*
françoise. chap. 2. sect. 3. § 4. 3. sumitur pro Effectu, ut in l. 12. ff. de Precario. *Nul-*
la vis Conventionis. in l. 1. ff. ad Exhib. Actionis vis in l. 11. § 2. in f. de bon. poss. sec.
tabul. Exceptionis vires in l. 11. C. de testam. junct. Lult. C. qui non poss. ad libere.
Testamenti vires. 4. Pro Bonis & facultatibus. ut in l. 42. ff. Mandat. vires here-
ditatis, ibid. *Vires ejus cui eram crediturus. in l. 1. § 12. ff. si cui plus. Patrimonii vi-*
res. in l. 43. § 1. de admin. & peric. § l. 9. C. de suspect. tutor. 5. Pro potestate aut ju-
re aliquid faciendi, statuendive ut in §. 1. 7. § l. 1. ff. de Tutel. Plures alia signifi-
cationes indifferentes, passim apud Doctores & in jure inveniuntur. INJURIA 13
originem habet à vocabulo injurus quod idem, est ac Injustus. *Plaut. in Persi. A.*
3. sc. 3. Compositum est verbum hoc ex vocula, In & Jus. Quid autem sit Injuria opti-
mè describit *Autor Rhet. ad Herenn. lib. 4.* Injuriam sunt, inquit, quæ aut pulsatione
corpus, aut convitio aures, aut aliqua turpitudine vitam cujuspiam violant. Divi- 14
dunt Dd. nostri Injuriam in Intolerabilem, Gravissimam, Atrocem, & Levem. In- 15
olerabilis fit mentio in l. 2. ff. de his qui sui. quæ constat maximè in violatione
pudicitia, quæ hominibus honestis morte intolerabilior. l. 8. §. 2. quod met. Gravif
sima a.

ſima Injuria afficitur v.g. qui flagellis caſus fuerit. l. 10. § 12. ff. de in Jus voc: erat enim
 flagellatio poena ſervilis, per l. 10. ff. de pæn: l. 4. § 1. ff. de incend: & fuſtigatio-
 ne longè gravior. Nam fuſtigatio in modica caſtigacione ponitur, flagellatio
 in atrociffima & ſervili l. 7. § 2. de injur: l. 7. de pæn. vid: Gorbofr. ad l. 12. ff. de Ju-
 re ſiſci. lit Z. Horribili ſectere flagello, ait Horat. l. 1. ſat. 3. & in lege forenſi
 Judaica Deus ipſe juſſit, ne ultra quadrageſimum ictum flagellationis excedatur,
 17 ob nimiam poenæ gravitatem. Deut. c. 25. v. 3. Atrocis Injuriae meminerunt l. 7. § 7. &
 ult. de Injur l. 2. § 3. de fer: l. 38. § 9. ff. ad L. Jul. de adulter: § 9. l. de Injur: Ea; eſt vel
 in ſpecie talis, re ipſa & facta; vel ex circumſtantiis, loco, tempore, perſona tum
 facientis tum patientis, talis habetur, qvamvis per ſe atrox non ſit. d. l. 7. ſult: cum U:
 ſeqq: exempla ſunt in all: § 9. J. de Injur: add. Vinn: ad d. § 5. Lauterb: in Compend.
 18 ad tit. de Injur. p. 519. l. O. Atroci opponitur Injuria Levis apud Paul. l. 5. ſentent:
 tit: 4. qvæ eſt vel comparative, vel ſimpliciter talis. Illius exemplum eſt in ſupra
 all: l. 7. ff. de pæn. ubi fuſtigatio reſpectu flagellationis, admonitio tantum dicitur, &
 in l. 9. § 3. in ff. de Off: Proconf: fuſtium caſtigatio, emendationis nomine venit. Hu-
 jus exemplum eſſe poteſt iſtiusmodi Injuria qvam viles & inferioris Conditionis
 19 homines ſibi invicem inferunt, eamq; vix aut parùm ad animũ revocant. PRO-
 PULSARE frequentativum Latinis uſitatiffimum eſt Jctus in lege noſtra hac voce
 uſus pro Arcere, eodem modo quo Cicero pro Sext: Roſcio, ubi ait: Periculum quod
 20 in omnes intenditur propulſate, Imp. in l. 1. C. unde vi. ib: illatam vim propulſare
 licet. Qvænam differentia ſit inter Pulſare & Verberare Ulpian: in l. 5. § 1. de Injur:
 tradit, ut hoc ſit cum dolore cædere, illud verò ſine dolore. Magis tamen arri-
 det Pratejo in Lexic. b. voc: differentia à Vallâ data l. 6. Elegantiar: c. 47. ut verberare
 propriè ſit cum verberare (i.e. fuſte, virga, baculo, loris &c.) aut flagello cædere.
 Pulſare, cum gravi & vehementi, ictu, ut hoc generalius ſit, & ad quodvis teli ge-
 21 nus pertineat. Verùm Schard: in Lexic: Jurid: ead: voc: Jcti ſententiam in d. l. 5.
 § 1. poſt Alciatum non inſipide defendit, ſtatuens verberare, in illa lege, cum Do-
 lore accipiendum, verbo illo in lata ſignificatione accepto: & pulſare ſine dolore,
 cum frequentativum ſit à verbo pello, impellitur autem quis etiam ſine dolore. Ac-
 cedit quod pulſare interdum idem ſit ac lædere, violare, contumeliis & damnis af-
 22 ficere. Calvin. in Lexic. b. v. add Martin: in Lexic. Philolog. b. v. Vox JURIS unde
 Originem habeat variè diſputatur. Galeot: Mart: de doctrin: promiſc: lib: 8. & Fran-
 ciſc. Sanctius in Paradex. tradunt Juſ] prima ſua ſignificatione ſignare Olera, aut Pul-
 tem: ſed qvia in Conviviis pares unicuiq; partes dabantur, idè methaphoricè Juſ
 vocatum, quod ſuum unicuiq; tribuit, referente Voſſio in Etymolog. qui tamen deri-
 vationem illam non approbat, ſed ex Scip: Gentili: libr: Origin: aliam etymologiam
 aſſert, quod nempe à Jove ſit Juſ, & hoc exinde probat, quod Lactantius autoritate
 Ennii ſcribat, Jovem in Monte Olympo maximam vitæ partem coluiſſe, eoq; ad
 23 illum, ſi qva incidiffet controverſia, homines venire ſolitos fuiſſe. Sunt & alii,
 referente eod: Voſſ: qui Juſ] dici volunt, quaſi Jovis Os, qvia nempe id demum juſtum:
 24 ſit, quod Deus ſit profatus. Mihi tamen magis arriдет ſententia Martinii in Lex
 Philol: b. voc: qui Juſ] à Jovo ducit, & ſi huc demum applicetur derivatio Galeoti
 Mart

Martii quam *c.l. cap. 28.* dat, non admodum absurda foret, quod nempè idèd Jus pro-
liqvoe, & Jus quod cum lege in latiss: significatu synon. usurpatur, eodem voca-
bulo efferantur, quia, sicut corpus nostrum Jure juvatur & nutritur, ita & Civitates
quæ ut corpus coaluerunt, legibus tanquam Jure quodam aluntur & juvantur.
Definitur Jus, de quo hic sermo, à *Grot: de J. B. & P. l. 1. c. 1. n. 9.* quod sit regula 25
actuum moralium, obligans ad id quod rectum est. Cujus generalissima præce-
pta in § 3. *J. de J. & J.* proponuntur. Hoc Jus dividitur in Divinum, quod est 26
se suum à divina Majestate habet. *cap. 1. Dist. 1. Ames. de Conscient: lib. 5.*
cap. 1. n. 2. Molin. de J. & J. Tom. 1. Traët. 1. que. 3. & Humanum, cui homines pro
sua necessitate, originem dedere *Hugo. de Roy. De eo quod just est. lib: 1. tit. 4. in*
pr. Ames. cit. loc. ada. cap. 1. Dist: 4. & Nov. Leon. 83. pr. illud iterum dividitur 27
in Connatum seu Naturale & Revelatum, quod est vel Morale vel Ceremoniale,
vel Forense. Hoc est vel Gentium vel Civile. TUTELÆ vocis usus passim invenitur 28
apud Ciceron. & alios scriptores synonymice usurpatur cum fide, defensione,
patrocinio & clientela: unum vel alterum exemplum ex plurimis adducam. in *Orat.*
pro L. Murana, ait: Omnia hæc nostra latent in Tutela ac præsidio bellicæ vir-
tutis & *Terent: in Prol. Hecyr:* qui in Tutelam meam suum studium, & se in vestram
commisit fidem. apud *Tacit: l. 1. Annal. c. 2.* Dixit forte Tiberius, se ut non toti
reipubl: parem, ita quæcunqve pars sibi mandaretur ejus Tutelam suscepturum.
In Jure etiam nostro non semper est protectio eorum qui se ipsos propter ætatem 29
defendere nequeunt, sed pro sustentatione & Refectione reperitur in *l. 7. §. 16. ff.*
solut: matrim: & hic in lege nostra est pro Conservatione. CORPORIS genera 30
tria constituuntur: Unum quod uno Spiritu continetur, ut Homo, Tignum, La-
pis. Alterum quod ex pluribus inter se cohærentibus constat, ut Ædificium Ar-
marium, Navis. Tertium quod ex distantibus capitibus constat, ut Corpora plura non
soluta, sed uno nomine subjecta, veluti Populus, Grex. *Legio. l. 30. ff. de Usucap:*
Sumitur etiam Corpus pro locietate & Collegio. *l. 1. ff. quod cujuscunqve Univ. l. 7. §.*
§. 3. ff. ad exhib. Et. c. ff. de Collegiis & Corporib. ut Corpus Naviculariorum *l. 5. §. 6. ff.*
de Jure immunit: Fabrorum, d. l. 5. §. 12. & c. Et illi qui in Corporibus erant, seu Cor- 32
poribus Civitatum adscripti, Corporati vocabantur. *l. f. C. de Navic: II. l. un. C. de Alex.*
Prim. II. Pratej. h. voc. Vocamus etiam Volumen illud in quo Jus nostrum, collectum,
Corpus Juris, & quidem imperatoria autoritate, qui ita ipse hoc appellat in *l. un.*
pr. C. de rei ux. act. it. Liv. l. 3. c. 34. vocat LL. 12. Tabb. Corpus omnis Romani Ju-
ris. Sumitur itidem pro Cadavere. *l. 40. ff. de Relig. §. l. 14. §. 4. eod.* Ex quibus omni-
bus apparet corpus non animalium modo rerum dici, sed & earum quæ anima ca-
rent. *Briffon. de Verb. sing. l. 3. fol. 123.* EXISTIMARE significat hoc loco idem ac 33
putare, reputare, sentire, opinari & c. exemplo sint hæc verba *Ciceron: in offic.*
Eum qui hoc fecit avarum possumus existimare. Eodem sensu utitur Jcetus hac 34
voce in *l. 6. ff. de Coll. bon. l. 19. ff. de Usurpat. & Usue. l. 15. pr. de Legat. prastand.*
& in aliis pluribus locis. Oritur ex hoc verbo vox Existimatio quæ idem omni- 35
no sonat ac fama in *l. 4. ff. de susp. tuor. §. in. l. 15. ff. de Condit Instir. COGNATIO-*
NEM sumi vel latius, vel late, vel strictè patet. In latiori significatione est Vinculum 36
quo Natura omnes in universum homines, veluti ab uno stipite descendentes, sibi in-

- invicem conjunxit, & illa est hujus loci *Briffon: de Verb. signif. lib. 3. voc. Cognati.*
- 27 *fol. 88.* Ex illa enim promanat Amor Proximi quo omnes homines comprehenduntur: omnes enim jure, aliquo communi jure & sine nobiscum fruuntur: ipsique inimici excludi non possunt, quod pluribus eleganter pro more suo, persequitur *Dn. Becman. Linea Doctri. Moral. cap. 16. § 2. Disput. de Amore. th. 15 habita.*
- 38 *sub. presid. Excell. Dn. Seligmannni Fautoris & Præceptoris colendissimi.* In lata significatione idem est quod quævis Conjunctio, seu Necessitudo quæ nobis cum amicis est, ut cum *Cicer. in Epist. quadam ad Atticum* scribit: pro Cognatione quæ mihi tecum est. *Et in Orator:* habere necessitudinem aut Cognationem cum aliquo.
- 39 Strictè autem iterum consideratur vel in genere, vel in specie. In genere est omne vinculum ac necessitudo hominum (quam personarum conjunctionem vocat *Martianus in l. 1. § 10. vers. quid porrò. ff. ad SCr: Turpill.*) quos ab eodem stipite com-
 & uni descendentes sanguis conjunxit natura, vel legis fictione. *Vult: ad Inst: de*
- 40 *Nupt: n. 38.* In specie est per feminas conjunctio *l. f. § 2. ff. de gradib. vid. Excell. Dn. Præses in Tract. de Connex. ff. ad tit. Unde Cognati p. 385.* Ulteriores Cognationis
- 41 divisiones videantur apud Commentatores passim. Quid sit Cognatio spiritualis, & quotuplex hoc tradit *Prætes. voc. Cognatio & ex eo Calvin: in Lex: ead: voc. add. P. G. Tholosan: in partit: Jur. Can: l. 3. tit. 21. c. 9. lit: D. Zasius & Ungepaup ad t. t. X. de Cognat: spirit: Ritters: ad Noz: p. 7. t. 3. v. 10. Schneidew ad Inst: tit: De hered. qua ab intest: Rubr: de success: fil: spirit: p: m. 694.* Quam tamen Cognationem fictitiam vocat *Ritters: de diff: Jur: Civ: & Canon: l. 1. cap. 16. p. m. 37.*
- 42 NATURA, apud Philosophos antiquos non unam rem tantum significabat. Sumebatur enim principaliter pro causa prima, à qua omnes causæ proflexerunt i. e. à Deo, sive ab Essentia Dei quæ per Naturam significatur. Recentiores duplicem Naturam esse docent. Naturantem, i. e. primam causam, nimirum Deum, & Natura-
- 43 tam, quæ aliunde causam trahit scilicet à prima illa. *Spigel: in Lexic. b. voc.* In Jure nostro variè hæc vox usurpatur, & pro subjecta materia sæpissime variatur. Hic in seg. nostra tertia accipi videtur pro ipso Deo & Natura Naturante. Denotat etiam rationem honesti, à Deo hominibus inditam ad imaginem sui, hinc Naturalis æquitas *l. 1. pr. ff. de Minorib.* Item inclinationem affectuum humanorum vitiosam, ut in *l. 17. § 6. derecept* plures significationes doceat *Prætes: b. voc.* CONSEQUENS EST.
- 45 hac in lege præsentis & in aliis sæpè, significat, conveniens & rationi æquitatiqve consentaneum e. gr. in *l. 4. ff. de captiv. & postlim. l. 38. ff. de Jure Dot. l. 20. ff. qui por: in pignor. l. 30. § 1. vers. unde. ff. de damn. insect. l. 7. C. de restam. l. 9. C. de ingen: manum: l. 5. C. de sentent. & interlocut.* Venit jam considerandum vocabulum
- 46 HOMO cujus Definitionem studio prætermitto, quia sic propius ad fines Physicorum accedendum foret, quam Disputatio juridica permittit. In Jure nostro Hominis appellatione tam masculus quam femina continetur *l. 152. de V. S. junct. l. 3. ff. de stat. homin. & pr. J. de Jur. person. Coras. ad l. 4. ff. de Just. & Jur. n. 13.* Hominibus opponuntur Mortui in *l. 56. & 57. ff. de Leg: 2. Homo pro Servo in Jure ubiqve obvium est. l. 48. § 6. ff. de edil. edict. l. 74. §. 1. l. 75. § 8. ff. de V. O.*
- 48 *l. 11. ff. de adim: legat:* Unicum hoc addo quod in vanum laborent Mysanthropi illi, Feminas ex genere humano excludentes, cum ex Jure nostro sibi præsidium quæ

querunt, in leg. enim 38. §. ff. de Pen: Juris Conf: Mulierem non opponit Homini;
sed poculo abortionis Mulierem, poculo amatorio hominem subicit, illo tantum.
Mulier, hoc tam Mas quam femina perire potest, latè Menoch: de A. J. Q. cas. 357.
& ex eo Mastert. de Just. LL. Rom an; l. 1. Dub. 25. Æque parum eos juvat l. 44. C. de 49
Episcop: & Cleric. inter Homines & Feminas distingvens, cum lex illa græcè scripta,
ubi, ut in fonte, habetur vox *ἄνδρας*, quæ per Viros non per homines reddenda
erat. notante Excell. Dn. D. Radovio Præceptore maximè devenerando in Coll: Msc.
ad Comp: Laur: sub tit: de stat: Homin: Jus Canon: hinc nil moror, quod c. 13. caus: 50
33. qv. 5. Mulierem ad imaginem Dei non esse creatam asserit cum Canonum auto-
ritas, non tanta, ut veritati derogare & universam rerum naturam evertere possint.
INSIDIARI, est insidias struere, periculum intendere, Cicer: pro Milon: & Jcti in 51
l. 84. inf. de Jur: dot: l. 5. ff. ubi pupill: educ: l. 4. ad L. Aqu: Notandum quod Calli- 52
strat: in l. 28. §. 9. ff. de pen: hac voce activè usus sit. NEFAS, impium quoddam 53
& execrabile denotat, quod est contra fas, ut loquitur l. 5. ff. de quæstion: hinc Nefa- 54
rius & Nefastus. Conjunctionis nefariæ meminit l. 1. §. 3. ff. de Concubin: Nuptiæ ne-
fariæ quæ sint, docetur in §. 1. J. de Nupt: Nefasti autem vocabantur dies per quos
nefas erat Prætores fari tria verba: Do, Dico, Addico. Rosin: Antiquit: Rom lib. 4
c. 3. p. m. 535. lit. D. Hæc de Analyti hujus legis dicta sint. Missis igitur legis ver-
bis, ad res ipsas descriptas transeo. sit itaque.

C A P. III.

DE NECESSARIA DEFENSIONE.

Anteqvã autem de Defensionis Necessitate ejusq; Legalitate differam, ex principiis
Moralibus paucis notandum, ex quonã fonte originem illa habeat. Oritur autem il-
la ex *Φιλανθία* sive Amore nostri, à summo Creatore nobis ad imaginẽ suam indita,
qui cum sui amantiſſimus, nihil enim in se. præter se h, e. Bonum absolute summum
deprehendit, Dn. D. Alberti. Comp. Jur. Nat. p. 2. c. 2. §. 1. hominem etiam decet, ob sum-
mum istum sui amorem, sibi imprimis prospicere, seq; contra quodvis lædens (cæte-
ris paribus) defendere. Ex quibus patet, hic nomine philantia non venire perversum
illum & cœcum sui Amorem, de cujus perversa scilicet, & recta philantia differen-
tia eleganter Arist. 9. Nicom. 8. Is qui rectè *Φιλανθία*, ipse proficiet agens honesta
& alios juvabit. Perverse *Φιλανθία* & se ipsum lædet & vicinos, vitiosos affectu se-
quens. Huic Amori sui maximè vicinus Amor Proximi, qui lege nostra venit nomine
Cognitionis cujusdam, quam Natura inter omnes homines constituit, & est Proposi-
tum procurandi commoda Proximi Beem Lin. Doctr. Moral. c. 16. §. 2. Consistit ille
in officiis, quæ homini adversus alios homines sunt exercenda, quæ ex communi ista
obligatione proveniunt, quæ Creator omnes homines ut tales inter se devinctos vo-
luit. Puffend. de offic. Hom: Civ. lib. 2. c. 6. §. 1. Hinc præceptum illud Juris Naturæ ge-
neralissimum: Ut quisq; alterum Hominem æstimet atq; tractet, tanquam natura-
liter sibi æqualem seu ut æq; hominem cit. Puff: de I. N. & G. l. 3. c. 2. §. 1. jung: quæ de hac
Cognitione naturali perquam eleganter disserit Zoanett. de Defens. iri part. p. 1. n.
23. seq. imprimis n. 18. Hisce principiis jam assumtis, cum Besold: ad b. l. 3. de J. & I. n. 1.
talem consequentiam ex lege præsentis deduco: Inter homines Cognitionem quan-
dam

B

dam

dam constituit Natura. Ergo, hominem homini nefas est insidiari. Et quia non licet homini hominem offendere. Ergo, vim atq; injuriam propulsare concessum erit. Natura quippe prohibens Offensionem, eo ipso concedit Defensionem. De qua melioris Ordinis gratia duas formare liceat Sectiones, quarum prima demonstrat Defensionem & licitam & necessariam esse. In secunda; tractabitur quatenus ea licita sit.

SECTIO I.

DEFENSIO LICITA ET NECESSARIA EST.

Ratio naturalis exigit ut proximi vitam omnibus modis sartam tectam servare annitar, & naturale vinculum quo homo homini alligatur, adstringit quemvis ad hominem in periculo constitutum liberandum, cum autem vinculum illud tantum, non sit, ut propterea amorem mei, proximi amori postponam, cum ordinata charitas à se ipsa incipiat. *arg. l. 6. C. de servit: cuius apparet justam Defensionem cum ipsa rerum natura ejusq; Jure ortam fuisse; ideoq; in ipso Conscientiæ Foro justam esse. Less: de J. SI l. 2. c. 9. Dub. 3. Fagund: ad Decal. l. 5. c. 3. n. 1. seqq. add. Puffend: de I. N. & G. l. 2. c. 5. § 1. Et licet hoc adeò verum sit ut qui contra vim illatam se non defendit, à peccato vix sit immunis, ita ut Hillig: ad Dom: l. 1. c. 5. l. E. asserat: Legem Naturæ jubere magis quam permittere defensionem. & Berlich: p. 4. Concl. 12. n. 13. scribat: eum, qui se, cum defendere posset, occidi permittit, damnari posse, non aliter ac si se ipsum occidisset & Mar: Salom: ad h. l. eum qui se occidi patitur, cum possit defendendo facere ne occidatur reum gehennæ esse, non minus quam si semet occideret, doceat. Placet tamen limitatio distinguens inter eum qui infano impetu mortem amplectitur, quam ipsi alius intentat; & inter illum, qui dum adversarium lædere detrectat, se se negligentius defendendo, occumbit, & sicuti hic omni laude non privandus; ita ille in se & Rempublicam maximè injuriosus existit. Besold: ad h. l. 3. § 3. Nec potest istiusmodi legitimam Defensionem vel Princeps vel Statutum tollere, nec ulla Consuetudo ipsi derogare. Dd. in l. f. C. si contra jus vel utilit. publ. Tuscb: in pract. Concl. lib. 2. lit. D. conclus. 130. n. 8. seqq. Cravett. Conf. 657. n. 57. & Conf. 809. n. 9. it. Conf. 969. n. 18. Farinac: in Pract. Crim: p. 5. quest: 125. n. 12. 13. & 17. Mar: Salom. ad h. l. 3. fol. 10. Tiber: Decian. Vol. 3. Respons. 41. n. 23. Bald. in l. 3. § 3. ff. quod quibus Jur: Aret: Conf. 165. Felin. ad tit. Dec ret: de Except: cap: 8. n. 6. qui tamen n. 7. ibid: hoc ita limitat: licet defensio tolli nequeat, quod tamen possit modus ejusdem variari. Duos tamen casus invenio apud Dd. quibus defensio denegari potest, quos etiam notat Bolognert: in repet: leg: nostræ n. 17. primus casus est quando notorium est nullam defensionem competere; secundus quando defensio, licet propter causam naturalem, jure Civili tantum est introducta. Quod tamen non tam de defensione quæ sit in continenti, ob vitam vel res conservandas, quam de defensione judiciali quæ in processu ordinario obvenit, intelligendum arbitror. Ampliatur insuper hæc regula in tantum, ut nec consentiens lædendus sit, tum quia secundum l. 13. pr. ff. ad L. Aquil. nemo sit Dominus membrorum suorum, tum etiam quia Reipubl. maxime interest hominibus idoneis & præstantibus, civitatem, & ordines quoq; ejus abundare. l. 3. § 2. ff. de Decurion. x. ff. solut. Matrim. vid. Franc: Zoannet: de Defens. triparti: p. 1. n. 8. seqq. Ut autem defensio ritè sese habeat, duo principaliter requiruntur 1. Ut fiat mediis licitis. 2. Sub moderamine inc u patre tutelæ. Sunt autem media licita*

q̄z non sunt veneficiis, incantationibus magicis, aut aliis pravis artibus. Obstat qui-
dem *Tiber. Deci. an Vol. 3. Resp. 20. n. 4.* putans pro tuitione corporis & rerum suarum,
& præsertim univ. populis, posse q̄vè uti arte magica absq; poena, allegans in-
suam sententia de decantata illam *l. 4. C. de Malef. & Mathem*: Sed respondetur
hanc legem non rectè ita intelligi, cum illa duabus partibus constet, & in priori agat
Imper. de magia veneficorum, huic in parte altera, opponit magiam naturalem; pri-
orem dicit severissimis legibus vindicandam esse, posteriorem nullis criminationi-
bus implicatam esse ut tradit *Masferi. de Just. LL. Rom. l. 2. Dub. 60.* Et Imperat: verè ita
sensisse, indicat particula verò, quæ discretiva est, & posteriorem priori contra distin-
guit, affirmat vox innocenter, quam Imper. Constantin: ut Christianus magicis artibus
attribuere non potuit. Sed huic obstat autoritas Imper. *Leon: in Novell. 65.* qui hanc
legem ibidem de malis artibus intellexit. Sed respondeo 1. Imp. Leonem ut omnes
alios interpp: errare potuisse, & mentem Constantini non rectè assecutum fuisse.
2. Nec Novell: Leonis, tantæ autoritatis esse, ut prava explicatio ex illis elicitæ legi-
bus nostris derogare & illas inflectere possit. *vid. Arb. Duck: lib. 1. De Autor. Jur.
Civ. cap. 4.* Possit quidem iterum objici. quod tamen ex amore proximi id fiat, sed
re sp. æquilibrium etiam cum Amore Dei esse servandum, ut in simili exemplo an-
notat *Beem: in Lin. Doctr. Moral. 16. § 8.* Alterum Defensionis requisitum est Mo-
deramen Inculpatæ tutelæ. De quo, cum plurima apud Dd. passim inveniuntur, &
Carpzov: in Prax. Crim. p. 1. qv. 28. ex professo de eo tractet, paucis tantum ejusdem
requisita declaraturus sum. Requiritur ergò 1. JUSTA CAUSA, quæ ex his tribus judi-
canda (α) An injustè quis fuerit invasus aut insultatus. (β) An insultatio talis sit, ut
periculum vitæ imminet insultato. (γ) An periculum aliter evitare non potuerit.
2. MODUS, qui consistit in consideratione circumstantiæ & virium & armorum &
locorum, quamvis paritas armorum præcisè non requiratur. test: *Berl. p. 4. concl. 13.
n. 56. Mascard. de Prob. 3. Concl. 1126. n. 36. seqq. Treuil: P. 1. D. 18. eb. 7. lit. E. Carpzov.
c. l. n. 27. ibiq; alleg.* 3. TEMPUS, ut fiat in continenti, *Besold: ad d. l. 3. n. 19. 20. B.
Dn. Mev. Conf: 13. n. 57.* non postquam ad extraneos actus descensum. *Brunnem: Exerc.
Just: 24. ad Inst: ad L. Aquil. §. 2. & omnino Carpz. d. l. n. 28.* cum multis allegat: add
*Scot. an: Exam: Jur: h. t. qv. 14. p. m. 310. Franck. l. 2. Resol: 13. n. 7. & Exerc: 12. qv. 6. n.
19. seqq: Richtier: Dec. 2. n. 6. seq. Hahn. ad Wes: ad tit: ad L. Aquil. n. 4. verb: ut si qv. 10.*
Quibus requisitis ita ritè attentis, Defensio licita & justa est, non tantum contra vim
illatam, sed etiam contra ingruentem, potentia enim actui proxima est pro actu *l. 1. §
21. l. 18. § 2. ff. de acquir: poss. & præparatio ad nocitura noxæ æquiparatur. B. Dn. Mev.
Conf: 74. n. 158. Cravetta Conf. 432. n. 8. 9. & 14. Et gl: in c. 6. in verb. violentia X. de his
qua vi metus: caus: statuit quod minator possit occidi à minato, quam sequitur &
approbat *Bald: in l. 9. in fin. C. de his qua vi met. caus.* add. quæ habet *Felin: ad c. l.
X. de offic: deleg. n. 2. & in c. 2. X. de presunt: n. 12.* Quod tamen omnino intelligen-
dum de eo qui solitus est minas exsequi. *Mar: Salom: in reper: l. 3. de I. & I. Angel:
Perus: Conf: 215. vel qui versatur in ipso actu percutiendi, Bald: in l. 1. C. quand: lic: un:
sibi jud: se vind: Jason in l. 3. de J. & J. n. 13. Martb: de Afflict: in Confit: Neapol: lib.
1. Rubr. 8. n. 52.* Cujus principalis ratio in eo sita est quod nemo teneatur expecta-
re primum ictum. *per l. 3. §. 2. de vi & vi arm: Const. Crim: Ar: 140. Mar. Salom:**

- e. l. Stephan: Disp: ad Inst: Cene: l. 6. Bronhorst. 2. Miscellan cap. 11. Harpr. ad s. s.
- 20 Inst. de publ. Jud: n. 115. Arum: Disp: l. 2. q. 3. Cum jam ex modo dictis pateat quomodo & quando defensio licita, videndum jam quibus personis competat? Et decidenda hæc quæstio secundum generalitatem legis nostræ, quæ ut regula universalis ex Jure Naturæ sive Gentium deducta, regulariter à necessaria defensione neminem excludit, sed omnibus omninò personis & cujuscunque conditionis, modo cum moderamine inculpatæ tutelæ fiat, eandem permittit, in tantum ut etiam
- 21 in Foro Conscientiæ securi sint c. 6. X. de sensent: excommun. in. 6. adeò ut ipsis Monachis & Clericis, etiam dum sacra administrant, illa ab omnibus Dd. permittatur, hanc ob rationem quia Jus naturale omnibus hominibus commune est, per l. 9. ff. de j. & y. add. Clem. un. de homicid. Farinac. Tract. Crim. p. 5. q. 125. n. 29. Gail. 2. O. 110. n. 12. & de par. publ. l. 1. c. 8. n. 18. quod seq. n. 19. adeò verum esse affirmat ut sacerdos in templo ex insidiis adortus, aggressorem impune occidere possit, & sacra ante incepta postea perficere. Scacc. de Appel. q. 16. n. 3. seqq. Nec obstat quod regulariter Clerici bellum movere non possint, quia neminem occidere vel mutilare debent, cum alias irregulares fiant, nam arma Sacerdotum & Clericorum debent esse lacrymæ & orationes, quod expresse traditur in c. 3. 19. 20. 21. Caus. 23. quæst. 8. cum hoc non proprie bellum sed defensio sit, ob quam pro se rebus suis atque Ecclesiæ, arma sumere possint. Gail. d. loc. n. 23. Obvenit hic quæstio ventilanda an Banniti & condemnati ad mortem defendendo se protegere queant? Ratio dubitandi est in eo, quod cum Defensio sit Juris naturalis, ea nulla lege civili cuiquam adimi possit. per l. 2. § 1. ff. de usufr. ear. rer. quæ us. conf. l. 8. de capit. deminut. §. 11. f. de j. N. G. & defensio nemini deneganda, nec ipsi Diabolo per Clem. pastoral. de re judic. Jason in h. l. 3. n. 17. cum potius omni ope & auxilio adjuvanda sit. Dn. Mevius Conf. 74. n. 29. Ratio autem decidendi in eo consistit, quod quidem Jus naturale non possit generaliter per legem aliquam civilem in totum abrogari, possit tamen minui ex causa, vel interpretatione extendi per legem civilem.
- 25 Francisc. Zoannet: in Tract. de Emt: & Vendit: num: 186. Hinc concludendum Bannitum ob pacem publicam violatam, vel alia atrociora crimina perpetrata, licite occidi, cum hostis Imperii publicus habeatur. & haut perperam id circa cujuslibet offensionem expositus reputetur. arg: l. 3. §. ult. ff. de sicar: l. 35 de relig: & sum: fun: quivis enim aggressor jus offendendi, à Magistratu, & ita Jure Gentium nactus est. Besold: ad b. l. 3. §. 7. & Nellus in Tract. de Bannit: p. 2. temp: 2. q. 49. n. 49. contendit, quod Bannitus occidens ad defensionem, puniatur pœna directa Leg: Cornelie & de dolo, cum sciebat se non posse defendere. Contrarium quidem statuunt Bald: in b. l. 3. n. 3. Sint. 1. n. 51. C. un. de vi. Felin. in cap. dilecti n. 6. X. de excepti, Zasius in Enarrat. b. l. 3. n. 11. Mar. Salom. Sapius c. l. quorum tamen sententia cum hac nostra rite conciliatur si intelligatur de Bannitis Italiæ & Hispaniæ, ac iis quoque qui à Camera Imper & Dicasterio Rotwilensi ob contumaciam aut leviuscula delicta alia proscribuntur. Ridiculum enim foret, ut bene Salomon: d. l. monst, hostes eos definire, qui ut evitarent vincula, necesse, ignominias, quæ à legibus constitutæ sunt, peregrinantur, nec quicquam in Patriam moliantur. Moveretur etiam circa Bannitum à Dd. quæstio: An Mulier bannita impune possit (ut loquuntur) adulterari? Defensio

sem suum hæc quæstio invenit in modo alleg. Nello qui *d. l. qv. 46.* hoc permissum
putat eam ab rationem, quod furtum & homicidium, quæ majora crimina contra
Bannitum permittantur. Sed respondetur; hæc delicta in se & sua natura delicta non
esse, si forma eorum à supremo Magistratu immutetur, & ided permittantur, ut in
nuantur vires Bannitorum, qui sunt hostes civitatis; Adulterii autem forma à nullo
superiori potest mutari, cum naturalis turpitudine ibi semper remaneat, ergo nullus
privatus, qui in hoc passu executor Justitiæ à Magistratu quasi constituitur, facere
debet, quod Magistratus ipse, si delinquentis copia daretur, non faceret, qui illam
vel vita vel bonis privaret, nunquam autem stuprationi subiceret. add: quæ habet
Bolognæ in reper: b. l. n. 33. Uti ergo nec Bannitis ita nec condemnatis ad mortem, ullo
modo defensio licita, quia hoc jure scelere suo exciderunt, ut loquitur *Becm: linc*
Doctr: Moral: c. 15. § 3. ubi hoc in tantum ampliat, ut nec è carcere fugere possint, multò
minus effractione Carceris fugam arripere cum injuriam nullam quam fugam declina-
rent sed merum id quod justum est patiendum habent. Perspectis jam personis istis,
quibus pro Defensione sua permissum est occidere, pedem promoveamus ad illas quæ
ob tutelam corporis sui ab alio interfici possunt vel non possunt. Hic jam primo loco
se defendente nobilis controversia de Principe in vafore, an is, quoad forum Poli, licitè à
se defendente possit occidi? Quod plurimi Dd. affirmant. *Farinac: p. 4 qv. 125. n. 34.*
Jul: Glar. §. Homicidium n. 30. statuunt; licere insultantem cujusvis dignitatis in-
terficere, etiam Papam & Imperatorem *argil. 29. § 7. ad L. Aquil: l. 32. de Injur. Dn.*
Strav: in Diss: de Vind: priv: b. 24. cum Bach: ad Tr: V: 2. D. 32. t. b. f. 6. lit. F. concludit
quod quidem Principi, quantum fieri potest, parcendum sit, sin autem nulla pror-
sus alia ratio expediendæ salutis adsit, contra Principem Latronis personam induentem,
defensio non sit prohibita. Contrarium autem tutius & verius esse credo, cum
hic causa universalio, obstat, cum vita Principis multis utilis sit, *Groz: de J. B. § P. l.*
2. c. 1. § 9. ibiq; *Ziegler.* Non enim Princeps sanctus est, cujus persona de Jure divino &
humano sancta, sed præcipuum reipubl: membrum, securior ergò in conscientia
sum, si hujus potentia cedam, ne in maximum periculum rempubl: conjiciam, cui
alias in omnibus occasionibus vitam debeo. *Molin: de J. § J. Tr. 3. D. 14. n. 1. verb:*
secunda Conclusio. à Soto de I. § I. lib: 5. c. 1. art. 8. Azor. Insit: Moral. Tom: 3. l. 1. c. 2. Leso
fius de I. § I. Tom. 1. lib. 2. Dub. 8. n. 41. Fagundez. ad Decal: l. 1. c. 3. n. 8. Dn. Becm. Linc
Doctr: Moral: c. 9. § 11. p. 157. vocat illud, vocabulo aptissimo, Exuperantiam Obsequii.
& his Dd. moralibus astipulantur Dd. Juris & Politici longa serie allegati *Besold:*
ad b. l. §. 10. Accedunt exempla S. Scripturæ in Davide recusante violare Saulum.
1. Sam. 24. v. 7. in Prophetis & Varibus, qui durante durissima Israëlitarum captivi-
tate, literis ad captivos datis, illis semper injunxere, ut pro salute Regis liberorum-
que ejus vota conciperent. *Jerem. 29 v. 7.* Quæ an filius ullo modo Patrem occide-
re possit? Et respondetur regulariter quod non, cum nefandum sit, vitam ipsi eri-
pere, cui vitam propriam debemus, & filio semper sancta & honesta Patris perso-
na esse debet. *per. l. 9. de Obseq. Parr. § Parent. præst. & Plato. l. 9. de LL. ait: Filio ne*
quidem pro defensione sua, si à Parentibus se videt interfectum iri, lege ulla conce-
ditur, ut eos interimat. Excipiendus tamen venit casus in *l. 35. ff. de Rel. & sumt.*
Jun. & si Parens insidias, vitæ liberorum struxerit, quia tunc ob ruptum vinculum,

quod inter Parentes & liberos arctissimum est, desinit esse Pater. Eo igitur casu de-
 fensionis jus quod ipsâ naturâ proditum, filio haut denegandum videtur, cum Pater
 ipse illud spernat, seq; suo dolo legibus Naturæ indignum reddat. *Besold. c. l. § 9.* Por-
 36 ro dubium movetur de errante, qui non me sed alium destinato Consilio invadere
 parabat, an cum cæde repelli possit ejusmodi invasor? Quod omninò affirman-
 dum, ob rationem à *Grot. c. l. § 3.* suppeditatam, & quod ad innocentiam defensionis
 sufficiat, quod alteri non sit jus ad me invadendum & occidendum, neq; in me
 sit obligatio mortem citra reluctantiâ subeundi. *Puffend. de I.N. & G. l. 2. c. 5. § 5.*
 & jus me defendendi mihi semper integrum sit. Ac licet invasor in persona erraverit,
 in proposito tamen error non fuit, sed isti voluntas aderat & conatus eadem pa-
 trandi add: *l. 18. §. 3. ff. de injur. & Grot. in spars. flor. ad l. 14. ff. ad L. Corn. de*
 37 *scar. qvè citat Puffend. d. loc. Idè Judicium ferendum de invasore furioso, mente capto,*
noctambulone &c. vid. Gail. 2. O. 110. n. 20. seqq. & n. 30. cū Defensio permittitur vim
à quocunq; illatam. l. 2. C. ad L. Corn. de sic. l. 5. pr. ff. ad L. Aquil. Bocer. de Duell. cap. 10.
n. 17. factoenim resistimus quod violentum est, & nos lædere potest, licet animus ab In-
 38 *jurâ sit immunis. §. 1. ff. de Injur. Besold. c. l. § 8.* Affine hæctenus tractatæ Defensio-
 nis materiæ, est Jus Resistendi; quod non sit alterum lædendo, sed suum tantum re-
 tinendo. Sic in justæ executioni potest resisti, eaqve impediri sed sine illatione vio-
 39 lentia aut Mortis. *Magnif. Dn. Mev. p. 9. Dec. 369.* Notanda autem regula genera-
 lis, quod regulariter non possumus resistere illis quibus reverentiam debemus: e.
gr. Filius Patri qui eum potest corrigere. l. 3. C. de patr. pot. & Matri arg. l. 4. ff. de Cura
furios. idem in Patre adoptivo, arg. l. 8. ff. de in ju. voc. in fratre majore, per Bald-
in. l. 1. C. de emend. propinq. Servus Domino § 1. ff. de his qui sui. vel alien. Mona-
chus Abbat. i. Uxor Marito qui illam corrigere potest. l. 8. §. autb. subseq. C. de re-
pu. vid. omninò Felin. in c. cum contingat. 13. X. de foro competent. n. 7. & 8. Bolo-
 40 *gnest. reper. b. l. 3. n. 51.* Magistratui tamen licitè resistimus, non tantum si impossi-
 bilia sive physicè, sive moraliter talia, nos jubeat, sed etiam quando damnum &
 injuria ab eo inferenda essent irreparabilia: veluti mors aut Tortura, cum semel fa-
 cta postea nullo modo infecta reddi possint *l. 12. §. 2. ff. de captiv. & postlim. & licet*
adhuc dubitetur an justè faciat vel non. gl. in c. ex literis verb. denunciatus. X. de off.
jud. del. item si Magistratus ut privatus officium exercet Socin. Reg. 541. & latissimè
Franc. Zoannet. Tract. de Def. Trip. p. 3. n. 13. seqq. Hæc sufficiant de Defensione
licita & necessaria, progredior ad

SECT: II.

QUATENUS DEFENSIO LICITA.

Extendit se autem Licentia se defendendi in infinitum, ut quilibet observato in-
 culpa tutele moderamine, cum extremo invasoris periculo, se tueri possit, uti
 ex superioribus satis patet. Restant modo excutienda dubia, in quantum hæc facul-
 tas se extendat in Defensione famæ sive honoris; Proquinquorum & extraneorum;
 & ultimò locò bonorum. Sunt qui statuunt pro Defensione famæ & honoris idem
 licere, quod pro defensione corporis, inter quos *Clar. § homicid. n. 26. Salom in*
reper. b. l. 3. Lessè J. & J. l. 2. c. 9. dub. 12. Dian. Resol. Moral. Tom. 8. Tract. 5. Res

2. n. 2. *Gail. 2. O. 100* qui tamen ipse *ib. n. 8.* hæc magis politice quam Christianè scri-
bi & disputari dicit. Qui moti sunt regula communi. Vitam ac famam pari passu am-
bulare. *arg. l. 9. pr. ff. de manum. vind. & metum infamiae bonis viris majorem quam*
mortis esse debere. l. 8. §. pen. ff. quod met. caus. Sed respondetur regula m. quod
vita & fama pari passu ambulent, veram quidem esse si rectè intelligatur, distingui-
endum enim inter Vitam naturalem & civilem, & si Fama & Vita pari passu debent
ambulare, intelligendum hoc est de fama & vita civili, non verò de fama & vita
naturali, unde & quem gradum famæ aliquis habet, eodem civiliter vivit, & qui ex-
trema infamia laborat, pro civiliter mortuo habetur, quod eleganter demonstrat *Dn.*
Bec. sapiens c. l. cap. 18. §. 2. Argumentatio autem de fama ad vitam naturalem non pro-
cedit, cum hujus semel amissæ nulla restitutio speranda, fama autem semper resti-
tui possit. Et quod omnium primum est, licet vitam privatus vi eripere nobis possit,
famam tamen lædere, multò minus eandem eripere in ejus potentia est, quæ nullo
plane periculo subjecta, teste Imper. *in l. un. infam. C. de libell. fam.* Et si demum
aliqua similitudo inter vitam naturalem & famam danda, consistet illa in necessi-
tate non verò in modo defensionis, cum fama eadem sedulitate, sed non eodem
modo defendi debeat. add: quæ habet *Molin. d. l. 67. Tom. 5. Disp. 37. n. 2. junct;* no-
tatu digna *leg. 38. §. 9. ff. ad L. Jul. de Adult. ib. Gotsbofr. l. l. ubi expressè traditum*
quod minus sit fama quam vita. Idem nobiscum defendunt *Besold. ad b. l. §. 12.*
Vasquius illustr. quæst. 12. Harpr. ad §. 5. l. de publ. Jud. n. 155. & 166. Freber. l. 2. de
Existim. c. 10. circ. sin. Farinac. p. 4. q. 125. n. 41. Arzner. part. 1. n. 93. Zoannert. p. 1.
n. 51. seqq. Bolognert. c. l. n. 95. Discutienda jam esset periculosa illa quæstio de Retor-
sione, sive Rejectione injuriarum verbalium in ipsum injuriantem, sed quoniam
ab utroque latere & leges & rationes & Doctorum autoritates stant, vix aliquid
certi, ne tantis viris obloqui velle videar, asserere audeo, communiter placuit, quod
nempe Retorsiones, si fiant statim, non ex intervallo, & modeste, non ex affectuum
commotione, non maledicè non contumeliosè, aded culpabiles non sint. *Dietberg.*
in Thes. Pract. Besold. Continuati. lit. R. n. 57. Rennem. de Jur. Retorsion. part. 2.
sb. 26. Sp. 3. sb. 278. 51. & de Praxi moderna in toto ferè Imperio est extra pœnam
& permilla. Finkeltb. O. 37. Harpr. ad §. 12. J. de Injur. n. 75. Gail. 2. O. 100. quam-
vis illam de Jure Divino, Morali & Civili illicitam pronunciet *Lauterb. in Comp.*
ad tit. de injur. cum mult. alleg. p. m. 522. Quod ego suo loco relinquo. Sin au-
tem fuerit facta omnem injuriam & Injuriarum actionem tollit, *arg. l. 37. inf. ff. de mi-*
nor. Harpr. ad §. 12. n. 78. J. de Injur. Habn. ad Wesf. eod. tit. n. 13. verb. Dissimu-
latione. Berl. Part. 5. concl. 64. n. 36. Carpzov. P. 4. const. 46. def. 10. Boser. class. 3.
Disp. 4. sb. 78. Sin Tr. de fam. libell. c. 3. n. 4. Dn. Mev. ad Jus. Lub. l. 8. t. 4. art. 10.
n. 7. Part. 5. Dec. 337. C. Conf. 13. n. 92. ii. Conf. 9. n. 149. Ant. Fab. in Cod. lib.
9. tit. de Injur. n. 10. def. 8. Jam quæritur an aliquis imminens periculum accipien-
de Alapæ cum cæde inimici arcere vel injuriam per inslictam Alapam datam, mor-
te dantis vindicare possit? Quod utrumq; negatur? Quoad primum: Dubium sibi
ipse movet *Gros. de I. B. C. P. l. c. 1. §. 10.* dum dicit se à contrarium astruentibus
non dissentire: si mera Justitia expletrix respiciatur, quod *Puffend. de I. N. C. G. l.*

20. §. 12. Ita explicat: Cum Justitia expletrix violetur, quando alicui non tribuitur,
 ad quod Jus perfectum habebat, aut infertur, quod ne acciperet, idem perfectum
 Jus habebat; cum qui ob intentatam alteri alapam caditur, quæ non posse, Justiti-
 am explettricem in se fuisse violatam. Et pergit Grotius, quod licet inæqualia sint mors
 11 & alapa, tamen qui injuria me parat afficere, is mihi eo ipso det Jus, h. e. facultatem
 quendam moralem adversus se in infinitum, quatenus aliter malum illud à me arce-
 12 re nequeo. Sed respond: cum ipso Grotio Legem Evangelii non admittere, ut tanto
 excessu ejusmodi Injuria repellatur, cum ipse Salvator jubeat ut potius alapa accipia-
 tur, quam adversario noceatur, quanto minus ob alapam infligendam erit occiden-
 13 do. Accedit quod inter invasionem & defensionem nulla adfit proportio. uti cū *Carpz.*
Pract. Crim. p. 1. qu. 30. affirmat *Dn. Stryk. in Tr. de Jur. Sens. Diss. 7. c. 5. n. 5.* Quoad se-
 cundum obstat *Anton: de Escobar: Tr. 2. Ex. 7. n. 45.* qui tradit alapa percussum cen-
 sere tam diu honore privatum quam diu adversarium non interimit, *cit. Zugl. ad G.*
Grotii. qui hanc sententiam, viro Christiano indignam, ibidem explodit. add. *Cu-*
 14 *ac. ad leg. nostram 3.* cui is qui vapulandi tantum gratiâ accessit jure cælus non ve-
 detur. Falsissimum insuper est, alicujus hororem illata ejusmodi contumelia, per
 se tolli, qui non à cujusvis petulantis libidine dependet, & contemptus qui in ista in-
 est facile à Magistratu aboleri aut pensari potest, gravi multa lædenti imposita,
 eodemq; adactio, ut læso publicè honoris signa exhibeat: sunt verba *Clar: Puffend. c. 1.*
 15 *p. 223.* qui ibidem addit quod si statim ab alapa ferrum stringatur, & lædens occida-
 tur, poenam ordinariam tamen locum non habere *cui assensu Kesold: in Thes. Pract.*
 16 *voc. Mautiasch.* Cum Defensio Honoris/ sive Famæ & Pudicitie valde conjuncta
 sint, hic paucis ventilabo quæstionem an ob ejus violationem avertendam homicidi-
 um permissum sit? Verum cum hæc quæstio bimenbris sit primò quæ. An puella
 hoc casu stupratorem interficere possit? Sunt quidem ferè omnes tam Moralistæ
 quam Juris nostri Dd. qui uno ore hoc affirmant, sed cum auctoritatem acutissimi
 17 Bachovii & Judicium accuratissimi Becmani semper magni fecerim, contrarium hæc
 vice defendere lubet. Nec obstat quod in pudicitia eadem ratio militet, quæ in cor-
 poris defensione, nam: Nulla reparabilis arte læsa pudicitia cum Virginitas in ani-
 mo magis, quam corpore consistat, hinc nulla violentia auferri possit. *August. de*
liber. Arbitr. l. 1. c. 5. & pudicitia haut læsa censeatur, si castitas mentis integra mane-
 18 at, quod elegantissimè probatur per *caus. 32. qu. 5. per rot.* Et hanc rationem, quod
 virginitas violata non possit restitui, quam contrarium sentientes maxime urgent,
 non procedere ipsi fatebuntur, si considerent ex eo sequi Uxorem alienam & Vidua-
 19 am se pariter defendere non posse, cum in illas metus amittendæ Virginitatis non
 cadat, quod tamen absurdum foret. Objiciunt porrò *l. 1. §. pen. ff. ad L. Corn. de sicar.*
 Sed resp. leges multa, cum facta jam sint, impunè relinquere, quæ tamen antea quam
 facta fuerint non approbant, aliam responsionem dat *Bach: ad Tr. P. A. D. 1. 16.*
4. l. C. verb. etiam Pudicitia, restringens legem ad eum casum quo aggressio pudici-
 20 tie, altero resistente, in aggressionem corporis degenerat. Instant cum *Molin. de. L. 1. §.*
L. Tom. 4. D. 17. n. 20 feminam tali oppressione ex poni gravissimo periculo contem-
 tiendi, si non in totum ex parte tamen. Verum respond. ob incertum metum fu-
 turi consentus, & accipiendam Injuriam, in quam postea Magistratus gravissimè
 animad-


Ani ad verere potest, non esse tale quid perpetrandum, quod non tantum proximum irreparabili afficiat damno, sed etiam in periculum aeternae damnationis injiciat, quod cum fama, quae apud bonos nunquam per vim istiusmodi illatam laesa fuit, nullatenus comparanda. Et Virgo si consenserit, non habet quod queratur sin minus injuriam quidem queri potest, sed non amissionem fama, cujus eo ipso, quia non confensit, nihil omisit, animum enim retinuit integrum, & infortunium quod ejusmodi virginibus, ut plurimum innuptis manentibus, ex eo contingit, vitae alterius aequi-
parandum non est. *Beckm. lin. Doct. Mor. c. 9. §. 11. p. 157. Bachov. c. 1.* Obstantem legem divinam quam *Gror. 2. c. 1. §. 7.* urget de raptu in via publica agere, non de quavis violentia, is verò ex alia causa capitalis est, non simpliciter ob violatam pudicitiam, docet. *Beckm. d. l.* Altera quaestio est, an se ipsam possit occidere. Quod
audacius nego, cum plurima pars Moraliff. idem mecum sentiat. Ad Dubium quod superest ex eo quod metuendum sit, ne Virgo dum in abusum trahitur, voluptatis a-
liquo sensu afficiatur, eoq; peccet, resp. *Beckm. an. c. 11. §. 4.* certum peccatum, quale homicidium sui ipsius, non esse committendum ob metum peccati incerti. Nil dicam de Exemplis Abrahæ & Isaaci, Conjugum castitatem vitae suae postponentium. Defensionem honoris proxima, Defensio Necessariorum, & quidem eorum, in quos
praeter ceteras personas, officia necessario conferre debemus, qui etiam cum caede iniusti aggressoris, sine culpa defenduntur. *Beffold. ad b. l. 3. §. 15.* ubi hoc textibus sacris & profanis probat. gravius enim sauciat telum per tam amicum corpus nos petens, uti eleganter loquitur *Puffend. Elem. Jurispr. Univ. lib. 2. Obs. 3. §. 1.* Proinde non
credo aliquem dubitare, defensionem Liberorum, Parentum & uxoris cum caede adversarii esse licitam, videndum tantum, num & justè Uxor Maritum defendat, ad-
versariumq; ejus impunè eo nomine occidat. Dubium sanè movere posset *l. 2. ff. de Injur. §. 2. l. eod.* ubi dicitur quod aequum sit defendi Uxores à Viris, non Viros ab Uxoribus. Sed resp: licet proprium Uxoris munus non sit defendere maritum: at-
tamen si necessitas hoc exigat, Marito periclitanti, illa quovis modo justissime succur ret. *arg. l. 41. ff. de Procur. l. 3. §. 2. ff. de liber. caus.* cum uxori, quæ studiosissima salutis Mariti esse debet, Maritum ut partem corporis suae & sibi conjunctissimè defendere omninò possit. *Zoannet. d. Tr. p. 1. n. 73. qvi. n. 76.* de Sponso & Sponsa
idem respectivè affirmat, ex eo quod validum de Uxore ad Sponsam ducatur argumentum *arg. l. 16. ff. de Sponsal. §. l. 5. c. de bon. qua lib.* Quod etiam verum est in
Concubino & Concubina, & quamvis Jure Div: istiusmodi connubium non sit permissum, & flagitiosa rei societas coita nullam vim habeat. *l. 70. §. 1. in fin. ff. de fide:*
defensio tamen hujusmodi utriq; sine dubio erit impunita, amici enim, ac plus quam familiares & domestici hi sunt *l. 144. ff. d. V. S. Zonan. c. 1. n. 78.* Et tandem de omnibus
Consanguineis, Agnatis & Cognatis, hoc affirmant *Zas in Enarra. l. nostra 3. n. 13. Mar. Salomon. in repet. d. l. & omnium latissime Bolognert. in repet. ci. leg. n. 73.* Quod
hactenus de personis necessariis dictum, non dubito etiam de extraneis asseri posse, scilicet de Affinibus, Comitibus itineris, Amicis, Sodalibus, Domesticis Hospitibus
& Vicinis, imò de omnibus conjunctis latissima cognatione quam inter homines omnes Natura dicitur constituisse *h. l. Bach. ad Tr. V. 2. D. 32. l. 6. §. 1. l. cum propter mu-*
G. tuam


vera affectionem quæ nobis est cum illis, alter alterum armis jure optimo defendat. *Bologn. c. l. n. 76. Zoannett. sr. c. l. n. 86. se qq. ipsa S. Scriptura jubente, ut Proximum diligamus sicut nosmet ipsos Levit. 19. v. 18. Matt. 22. § 39. Besold. ad b. l. § 16. & ubi alterum perire necesse est, justius est ut pereat violentus invasor. Bach. d. l.*
30 Pauca monenda restant de bonorum sive rerum Defensione, an pari jure licitum sit ob earum invasionem spoliante[m] interficere? Et omninò hic distingvendum, an
31 an periculum rebustatum, vel, an etiam personæ immincat. Priori casu illicitam
32 esse cædem, omnes penè uno ore affirmant, quicquid *Molin. de I. § 1. Tom. 4. D. ff. ii. n. 1. & Layman. Theol. Moral. l. 3. Tr. 3. §. 3. c. 3. n. 4.* contra sentiant, cum inter hominis vitam & res nulla sit proportio, nam hæc semper, illa nunquam in hac vita reparari possunt. *Brunnem. ad l. 1. C. unde vi n. 5. Zoannett. p. 1. n. 42. Bolognett. ad b. l. n. 68.* Posteriori casu, indubiè cædem invasoris affirmo, cum hic primum,
33 vitæ & non solùm rerum ratio habenda sit. *Brunn. c. l. §. i. ff. de vi & vi arm. n. 20. Bach. ad Tr. V. 2. D. 32. t. b. 6. l. H. Bologn. d. l. n. 72. Tabor Armament. Just. c. 15. n. 17.* & licet aliquis urgeat, homicidium tamen propriè impunitum dici non posse, tanquam pro defensione rerum patratum respond. illud omninò impunitum censeri, veluti pro tutela proprii corporis, occasione tantùm rerum factum. *Zoannett. p. 1. n. 50.* Hinc decidenda venit controversia de fure occidendo, qui si fuerit diurnus non aliter interfici poterit, nisi telo se defendat. *l. 4. §. i. ff. ad L. Aquil. ibiq; Brunnem. n. 5.* quia ita non amplius simplex fur est. *Bachov. d. l.* Si autem fuerit nocturnus licitè
34 occiditur, quia tunc non tantùm furandi, sed & occidendi gratia venisse putatur. *Arum. Disput. ad ff. 10. t. b. 1. quod latissimè explicat Dn. Scrub. in Diss. de Vind. Priv. t. b. 30. ubi & clamorem qui in d. l. 4. §. 1. requiritur non necessarium sed utilem tantum esse existimat. add: Puffend. de I. N. G. l. 2. c. 5. §. 17. Zoannett. d. l. n. 43.* Et hanc rerum defensionem in tantum extendit. *Bolognett. c. l. n. 76.* ut etiã
35 pro rebus amicorum justa sit, quod surripienti verberetur in re illicita; quivis ergo illum prohibere potest, & si exinde periculum vitæ incurrat, licitè se defendit. Jam occasione Invasionis & Defensionis necessariò addenda fuisset per elegans
36 quæstio, quatenus insultatus fugere teneatur? sed cum mandatũ obstat remitto Lectorem ad *Bes. ad b. l. §. 23. Zoann. p. 2. n. 8. se qq. Mar. Salom. ad b. l. f. 9. Brunn. ibid. n. 3. se qq. Zas. in enarr. b. l. n. 8. Cravett. Conf. 432. n. 6. Puffend. de I. N. & G. l. 2. c. 5. §. 13.* ubi latissimè pro & contra ut loquuntur, hæc quæstio ventilatur.
37 Item an injustè in vaso fuga salutem quærenti liceat tertium innocentem qui fortè impedit; occidere, ut periculo evadat? Quod affirmative decisum legi poterit apud *Becm. Lin. Doct. Mor. c. 9. §. 11. & Puffend. in Elem. Jur. pr. Univ. 2. Obl. 4. §. 6. p. 418.* Sed ne fines ab ampl. Jctor. facultate præscriptos transgrediar, eadem
38 figo, clementiss. Deo pro præstito auxilio, gratias
39 submissas agens cui.

30L. GLORIA

45. Reusner, de jure venandi.
46. Reuther, de dominio.
47. Reuther, de instrumentis sive literariis documentis.
48. Reiter, de operis sui nunciatione.
49. Reiter, de emptione et venditione.
50. Preimberg, quaestiones juris civilis et feudalis.







fecus atq; tutor rerum & facultatum
tionem facit, dominus est; proinde
ad studia ministrare potest suapte,
modò prodigalitatìs non arguatur
proficiat. Proinde non liberis, sed
debet, qui sumptus liberaliores & e
strarunt, *arg. c. damnnum. 86. de R. J. in
l. 203. d. R. J.* Et collatio cessabit, quat
des debità paternæ substãtiæ porti
fraudari videantur, & inæqualitas
quæ ut evitetur, vel ea sint confer
nulli collationis oneri fuissent obn
de collat. Non inæqualitatis objecta
est, cum ab æqualitate sæpius jura
& exorbitent, maximè circa casus, c
sim leges collationem imperavere.
in quos expensæ studiorum largior
præ liberis cæteris præcipuum con
bent, sed in studia eas insumserunt,
mis, nullà tamen suà, sed parentur
nistrarunt, proindeq; arbitrato bo
nem cogi nequeunt. *d. l. hic titulus. 1.
2. §. de illis, 2. ff. de collat.* Fatemur tai
dere, ut si quid in unius filiorum stu
expensum fuerit, cæteris hoc nomi
fatio fiat; maximè cum filio, qui m
gali sumptu vivere debuisset, quæ
patio imputari possit. *arg. l. si igitur*

Sunt, qui limitationem octava
studiorum gratià subministratos
habere nequeat, si ob istos paterna
ciaisset, etiam sine juramento. *Jas.*

eroga-
amptg
uerit,
studiis
nocere
mini-
et. eod.
phere-
do de-
beros;
lioqui
pr. C.
e pot-
ecedat
xpres-
j; filij,
nihil
ut ha-
sè ni-
ubmi-
llatio-
z. l. cum
tè sua-
eratus
ropen-
& fru-
artici-
ut filij
cipuos
renun-
d locum.
7.3.

